COMMENTARIA

FELINI SANDEI FER-RARIENSIS, IVRIS CANO-nici interpretis perſpicaciſsimi, & Rotæ cauſarum auditoris celeberrimi, in V. Lib. DECRETALIVM longè utiliſsima,

DOCTISSIMORVM VIRORVM, BENE-
DICTI A' VADIS, PHILIPPI SIMONETAE, IOANNIS DE
GRADIBVS, atq; aliorum adnotationibus, rerumq́; ſummis illu-
ſtrata, ac ſingulari fide ſtudioq́; indefeſſo, innumeris locis,
collatione ad uetuſtiſsimorum codicum fidem fa-
cta, integritati ſuæ fideliter reſtituta:

*VNA' CVM TRACTATIBVS EIVSDEM
FELINI, & Rerum ac ſententiarum hoc Opere præcipuè me-
morabilium INDICE & copioſiſsimo
& fideliſsimo.*

PARS PRIMA.

BASILEAE, EX OFFICINA FRO-
BENIANA, M. D. LXVII.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

t. 1-13

REVERENDISSIMO AC AMPLISSIMO VIRO, D. VIGLIO ZVICHEMO, PRAEPOSITO S. BAVONIS: CONSILIARIO ſtatuum & ſecretiſsimi conſilij Regij apud Belgas Præſidi, cancellario aurei Velleris, etc. Domino ſuo obſeruandiſsimo, POMPONIVS ELLAMA Friſius,

S. P. D.

INTER cæteræ excellentia & præclara DEI Omnipotentis dona, quibus genus humanum munificentiſsimè ornatum eſt, Politicum ordinem, Imperia, magiſtratuum iudiciaq́; nõ infimũ obtinere locum, tam cõcordi omnium ſanorum calculo, quàm communi comprobatur experientia. Vt enim in ordinatè conſtitutis hominum congregationibus religio virtuteſq́; omnes vigent, atq; felicem conatus omnes conſequuntur exitum: ita nullum humanitatis, iuſtitiæ, æqui & boni, aliarumq́; honeſtarum actionum relinqueretur exercitiũ, nullus deniq; veræ & impollutæ religionis de DEO, & miranda humani Diris Manibusq́; deuoti generis redemptione eſſet cultus, omniaq́; varijs affecta miſerijs ſurſum ac deorſum ferrẽtur, vbi ferarum more ſine certis ſedibus, ſine Rectore, ſine legitima maris & fœminæ cõiunctione (quæ, vt Ariſtoteles in ſuis, quos de Ciuili ſocietate & ad ſocietatẽ pertinentibus officijs ſcripſit, libris copioſè diſputat, conſociationis ciuilis pars prima eſt) vagari ac diſcurrere contingeret. Hinc non minùs eruditè, quàm concinnè noſtra ætate celebris cecinit Poeta Stigelius,

> Vtq; alios alij de relligione docerent,
>
> Contiguas Pietas iuſsit habere domos.

Et de imperijs, magiſtratibus, ac iudicijs paſsim in Sacris etiam paginis quàm plurima extare teſtimonia, nemini non exploratè notum eſt: quale eſt illud, DEVS transfert & ſtabilit regna. Item, Ego dixi, Dij eſtis. Item, Pondus & ſtatera iudicia DOMINI ſunt. Sed harum grauiſsimarum rerum perdifficilis, aut etiam nulla eſſet conſeruatio, ſi non certum, iuxta quod vitæ omnis informanda eſſet ratio, extaret præſcriptũ, norma ac regula. Eſt enim ea naturæ humanæ deprauatio, vt ad nihil minùs, quàm ad boni & honeſti per ſe ferantur actiones. Hinc poſt Decalogi primùm ab ipſo cœli terræq́; Formatore in monte Sinai præſentibus ſexcentis hominũ millibus promulgata mandata, magiſtratus omnium temporum in cunctis, quas bene regi vellent, Rebuſpublicis, certas τῆς ἀταξίας vitandæ gratia, humanis vſibus applicatas leges condere laborarunt. Quis enim ſuum in pace poſsideret? quis ab impetitionibus iniurioſis ſecurũ ſe crederet? quis viæ, quis aquis, imò quis priuatis laribus (quibus tamen, Tullio teſte, nulli ſanctius quicquã eſſe debet) ſe cõmitteret, ſi omni regnante τῇ ἀνομίᾳ, cuilibet quod liberet, licitum & cõceſſum foret? Et vt in bene conſtituto regimine boni præmijs, ita econtrà ſcelerati legum & diſciplinæ repagula diſcutientes, pœnis, ipſa hoc dictante natura, affici debent: cuius quidem rei vtroq; caſu certam & expreſſam determinationẽ eſſe, ne ex arbitrio & affectibus ad gubernacula ſedentium minus quid, uel maius, quàm pro τῆς ἀναλογίας exigentia conuenit, ſtatuatur: conſentaneum & operæ pretium exiſtit: adeo vt grauiter & rectè Philoſophum dixiſſe cogamur fateri, dum inquit: Qui legem vult præeſſe, videtur ſummam poteſtatem DEO & legibus cõmendare: qui verò hominem præficit, adiungit beluam ex affectibus & ſine ratione omnia agentem. Et eandem cauſam iuſta lance perpendens Iureconſultus Marcianus l. ij. ff. de legibus, ex Demoſthene inquit: τοῦτ᾽ ἐστὶ νόμος, ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλά: καὶ μάλιστα, ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος, εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν: δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων: ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων: πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ᾽ ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν πόλει. Quæ ſententiæ grauiſsimæ ſunt, & omnes ad admirationem & obedientiam legũ, quas Cyclopica multorum ingenia angue peius oderunt, & auerſantur, adhortari debent. Neq; enim leges ſunt arbitria, uel leues potentum voces, neq; etiam, vt Poëtas fabulari legimus, à Ioue, Apolline, vel Minerua, ſed ex notitijs, hominum mentibus in prima creatione inſitis, originem habent: quæ ipſæ notitiæ firmiores conſtantioreſq́; forent, niſi vitio

COMMENTARIA

FELINI SANDEI

FERRARIENSIS,

IVRIS INTERPRETIS EMINENTISSIMI, ſacriq; Palatij Apoſtolici cauſarum auditoris meritiſsimi, in DECRETALIVM Gregorij IX. Librum I,

DOCTISSIMORVM VIRORVM ADNOTATIONIbus ac rerum ſummis fideliter illuſtrata, & genuinæ lectioni reſtituta.

Procœmium.

SVMMARIVM.

1 *¶ Depoſitio teſtis uaria & difficilis, nullam facit probationem.*
2 *Confeſsio facta in iudicio inconſulte & ex abrupto, qualiter reuocari poſsit.*
3 *Communis uſus loquendi præfertur propriæ uerborum ſignificationi. & nu. 5.*
4 *Appellatione fratrum utrum Mendicantes tantùm, an etiam dij monachi comprehendãtur.*
6 *Verba intelligenda ſunt ſecundum communem uſum loquendi in citationibus.*
7 *Statutum cogens fratres ad compromittendum, intelligendum eſt de fratribus naturalibus tantùm.*
8 *Mulier dotata ea dicitur ex communi loquendi uſu, cui dos relicta eſt, cùm nubet.*
9 *Ad cognoſcendum quis dicatur de diſtrictu, comitatu, uel ciuitate, attenditur communis loquendi uſus.*
10 *Statutum excludens hominem ab omni exceptione, non intelligitur de exceptione, quæ dicitur facti, ſeu iuris excluſiua.*
11 *Communis uſus loquendi præfertur propriæ ſignificationi in interpretatione ſtatuti, legis, & cuiuslibet etiam odioſæ alterius diſpoſitionis communis, & nu. 13. & 14.*
12 *Veſtis appellatione quæ res ueniant.*
15 *Teſtes quo pacto deponere debent ad probandum communem uſum loquendi. & nu. 16. 17. 18. & 19.*
20 *Quibus caſibus paria ſunt legere ſuperficialiter, & legere maturè.*
21 *An excludat depoſitio teſtis aſſerentis ſe ſcire, quia uidit & legit.*
22 *Non poteſt dici quis factum præſerens aliquo, niſi intellexerit. & num. 23.*

IN gloſſ. prima libri, ibi, difficultatẽ ingerebant. Not. do. Abiuncto tex. in uer. ſanè. ſ. eod. cõtra 1 teſtes uario modo loquentes: quia auſertur uerus intellectus: facit tex. in c. q ambulat. ſ. ſed aliud. v. quæſt. v. ubi teſtis repentinè loquens præſumitur mendax. Si uerò moroſè loquitur, præſumitur dubius, c. ponderet. I. diſt. ¶ Adde tex. in ſ. fin. xliij. diſt. ibi, loquacitate incauta, per quem dicit ibi Domi. quòd incauta locutio dicitur, quæ fit ſine aliqua deliberatione præcedente. Vnde dicit idem Domi. in d. c. ponderet. quòd ante quàm quis loquatur, debet cogitare & præmedi-a tari, quid loquatur[a]: & eſt optimus text. de pœ. diſt. ij. c. inter hircum. ubi dicitur, Virtus lenta eſt, & omniũ per cunctatrix: iniquitas autẽ omnia præcipitat. Et text. in c. ſciendum. xxix. diſtin. dicens, q qui iudicat ante quàm intelligat, incidit in labyrinthum erroris. ¶ Ex quo infert ibi ſingulariter
2 Domi. q 1 confeſsio facta ex abrupto in iudicio, & abſque deliberatione, poteſt reuocari, tanquam erronea ex interuallo etiam non aliter docto de errore. Quod nota ad materiam leg. non fatetur. ff. de confeſ. & c. fin. ſ. de confeſ. Et infert Domi. ex eodem text. contra iudicem, cui de mane mittitur proceſſus, & eodem die fert ſententiã. Et idem ipſe notat in d. c. põderet. Potuiſſet allegare Bart. in l. prolatam. C. de ſenten. cum concord. quas dicam in c. eccleſia. ſ. tit. ij. Et adde Ro. in ſingulari ſuo ccclvi. incip. an illi. ubi facit ſing. text. in d. ſ. ſed aliud. inferens, quòd ex hoc alij teſtes præferuntur. Et uide Archid. & Domi. in d. ſ. ſed aliud. ubi exponunt Repẽtinum, id eſt, indiſcretẽ & inconſideratẽ loquentẽ, dicentes: hoc eſſe in arbitrio iudicis. Et cũ iſtis poteſt addi, quod no. Bald. in l. unica, C. de emẽd. Iuſti. codic. ubi dicit, q fides teſtium dicitur uacillare propter nimiam obſcuritatem. Vnde Bart. in l. ea. ff. de contrahen. emp. teſtem obſcurum æquiparat tacenti uerũ. Et ideo dicit Domi. in ſ. alias. xxv. diſt. & in c. erit autẽ lex. iiij. diſt. q poſitio obſcura excuſat reſpondentem
b obſcurẽ[b], adeo q hoc dicto poteſt ex interuallo reſpõſionem reuocare. Sic etiam Bal. in l. fi. C. de ſentẽ. redarguit iudices uerba obſcura in ſententijs ponentes. & Do. Car. & Ioan. de Ana. in c. ſymonia. per illum tex. ſ. de ſymo. reprehendunt litigantes facientes poſitiones intricatas, & doctores nõ ponentes doctrinas claras. Allegant tex. hic. Sic etiam Bart. in l. quicquid. ff. de uerb. oblig. inuehit contra quendam ſcribam, cuius dictamen non intellexit Papa Ioannes: quia obſcurum. Similiter glo. in ſ. ſed hæc ſolemnia. Inſti. de uerb. oblig. inuehit contra habentes unum in ore, & aliud in corde. Et hinc eſt, q de eſſentia legis eſt, q

a Quid loquatur] Adde Specu. in tit. de excep. ſ. iiij. uerſ. item no. & ut per eum, in tit. de aduoca. ſ. iiij. iuxta princ. et ſ. j. uer. id quod eſt mirum. & ſ. iiij. uerſ. his tamẽ. & ſeq. ſ. vj. uer. ſunt etiã quidam. & uer. deinde accedat. et ſeq. Facit dictum Xeno. phil. per Valer. Maxi. in eiſ. lib. vij. Dixiſſe aliquando me pœnituit, tacuiſſe uerò nunquam.

b Obſcurè] Adde, q obſcura reſpõſio in iudicio ẽ declarãda, Bal. in l. quæſi patrit. in uer. do. eiũ Nicol. C. unde liber. Aliàs habetur p nõ facta: quia reſpõderi obſcurẽ, et nihil reſpondere, ſunt paria: ut ẽ tex. in l. de ætate. ſ. nihil interreſt. & ibi Bart. ff. de interro. act. & Spec. de teſte. ſ. iij. uerſ. quid ergo. q incerta reſponſio nõ tenet. & in tit. de interroga. quæ fi. in iud. ſ. j. uerſ. hic quoq;. & per Alex. in d. ſ. nihil. Sed pro materia ampliando quæro; contra quem obſcuritas ſermonis interpretari debeat? Dic, cõtra proferentem;

c. Antigonus.

compellitur, etiã ſi non interuenit iuramentũ. Ab. in c. ex literis. ij. in iij. no. de ſpon. tex. in c. j. de ſpõ. duo. & ibi Ab. ij. no. & tex. in c. ſicut ex literis. de ſpõ. & ibi Ab. poſt Inn. iij. no. & no. plenè Io. Zoch. in c. is, q. pe. & ult. col. de ſpõ. cum modò ambo eſſent in ætate tẽpore ſpõſalio rũ. Ab. pulchrè in c. de illis. lo ſ. quaſi inſi. de deſpõ. imp. & ibi latè Zoch. ult. char. Sed ſi ſequeretur ſcãdalũ, nõ cõpellũtur. Ab. in d. c. ex literis. in fi. ſic intelligẽs d. c. requiſiuit. Facit, q. no. Ab. in c. j. uer. ſed quæro, q. ſi mulier, de diuortio. Et idẽ in hoc de ſcãdalo, dicit Raymũd. in Summa. de ſpõſ. Tamẽ eccleſia nõ ita ſtudioſè cõpellit nõ iurantẽ ſponſalia, ſicut iurantẽ. Ab. in d. c. ex literis. iij. not. Et ſi ſpõſus de futuro cõtrahit cum alia de præſenti, diſſoluũtur illico prima ſpõſalia d. c. ſicut ex literis. Idẽ, ſi ambo ſpõtè recedãt à ſponſalib. c. ij. eo. ti. Et tene mẽti hãc ſuccĩ plenã declarationem. ¶ Septima de-
13 claratio. Aliquãdo † pactum nudũ habet æquitatẽ præſtationis: & tunc de iure canonico oritur obligatio naturalis & canonica: & per conſequens actio, ut hic. Aliquando non habet in ſe æquitatẽ præſtationis, ut in cõtractib. innominatis: putà, permutationis ante implementũ, l. ex placito. C. de re. perm. & tũc etiã de iure canonico ꝓ illo, qui non implet ex parte ſua, nõ eſt obligatio naturalis cõtra aliũ. Bal. in l. cũ quis, ibi, ulterius etiã poſſunt poni exẽpla. C. de iur. & fac. ign. Et ex hoc infert Ang. Are. in §. in pſona. pe. col. Inſt. de actiõ. q̃ oia pacta, quæ ſunt nuda, quoad ſolẽnitatẽ uerborũ, ſed nõ reſpectu cauſæ, ut in cõtractib. nominatis, inducũt actionẽ de iure canonico: ſed nõ i cõtractib. innominatis, niſi implemẽto ſecuto. Inducit etiã, q. ſcribit Bald. in l. ſiue apud acta. ibi, unde omnia iura. C. de trãſac. ubi dicit, q̃ omnia iura ciuilia, quæ loquũtur de cõtractib. innominatis, habẽt etiã locũ de iure canonico. Vnde cõtractus innominatus non parit actionẽ [a] etiã de iure canonico, niſi poſt implementũ. Allegat not. de elec. cũ inter R. Et in hoc dicas, q̃ ſi aduerſari[us] paratus eſt ſeruare fidẽ, nõ poſſum ego recedere à ꝓmiſſione etiã in cõtractib. innominatis. Et ſic de iure canonico habet locũ l. ſi pecuniã. ff. de cõd. ind. uolẽs in cõtractib. innominatis eſſe locũ pœnitẽtiæ re integra, ſoluto intereſſe. Ita Bal. in rub. C. de re. perm. & Ang. in l. in traditionib. inſti. ff. de pac. Pro quib. adducit Alex. cõtra Lud. in d. l. ſi pecuniã. quia de iure canonico ex nuda cõuẽtione oritur actio, ſicut ex ſtipulatione, ut hic. Ergo quãdo interuenit ſtipulatio, nõ eſt locus pœnitẽtiæ in cõtractib. innominatis, d. l. ex placito, quia ſtipulatio eſt cõtractus nominatus. Bar. in l. ij. C. de cõd. ob cau. Pau. in rub. de uer. ob. & cõ l. ix. Ergo idẽ de iure canonico. Vbi eſt nuda cõuẽtio, nõ erit locus pœnitẽtiæ, ſi alius uult fidẽ ſeruare: ſi autẽ aduerſarius nõ eſt paratus fidẽ ſeruare, non poteſt ipſe agere cõtra aliũ ad obſeruantiã: & aduerſarius cõtra quẽ ille eſt in mora, poteſt recedere re integra à cõtractu, ut per Alex. ubi ſ. Et ſic uides, q̃ de iure canonico ille qui deſiderat, q̃ cõtractus innominatus adimpleatur, tollit aduerſario uiã pœnitẽtiæ, ſi ipſe eſt paratus fidẽ ſeruare. Vbi autẽ nõ eſt paratus, nõ poteſt agere ex pacto nudo, etiã de iure canonico. Et ſic intelliges iſtã declarationẽ ponẽtẽ in hoc caſu ſubtilẽ & notabilẽ cõformitatẽ inter leges & canones in materia pacti. Et ad hoc uide etiã Bal. in l. de diuiſiõe. in fi. C. fa. erc. & in c. cũ pridẽ.
14 j. co. ¶ Octaua declaratio. Fideiuſſor † nõ obligatur ex pacto nudo, etiã de iure canonico. Bal. hic in pe. col. uer ſic pactũ nudũ. quia iſte tex. debet intelligi in illis, q. ſuo nomine agũt, & fideiuſſor nõ poteſt obligari pacto nudo, niſi interueniat ſtipulatio, l. v. §. ſatis acceptio. ff. de uer. obl. & l. blãditus. C. de fideiuſ. niſi fideiuſſor fideiubeat apud acta, ſm eũ, per l. cũ oſtẽdimus. §. fi. ff. de fideiuſ. tu. Et pro hoc facit: quia ius ciuile nõ reperitur correctũ iſto caſu. Ergo, &c. c. j. de ope. no. nũ. Tñ ratio iſtius tex. uidet eadẽ in caſu fideiuſſionis: & facit c. qualiter. j. eo. in uer. ꝓmittũtur, q. eſt uerbũ generale. Adde tamẽ, q. ad pias cauſas fideiuſſor nullo pacto obligat. Lud. in auth. ſimiliter. in uer. quarum. C. ad l. Fal. dicẽs eſſe tex. ſing. in l. fi. C. ad Vel.
15 ¶ Nona & ultima declaratio. Pactũ † nudũ [b] ſine cauſa nõ ꝓducit actionẽ de iure canonico. Bal. in l. ſi diuiſionẽ. in fi. C. fa. er. & i l. petẽs. ad fi. C. de pac. Vnde ſi ꝓmiſi nudo pacto, & ſine cauſa, dare alicui decẽ, nõ obligor de iure canonico: quia nõ plus poteſt pactũ nudũ de iure canonico, q̃ ſtipulatio de iure ciuili, ut colligit ex iſto tex. Et ideo ſicut ſtipulatio eſt inefficax de iure ciuili ſine cauſa, l. ij. §. circa. ff. de do. ex. ita & pactũ. Quid aũt, ſi habet cauſam præſumptã? Dicit Bal. i d. l. petẽs. q̃ nõ ꝓducit actionẽ de iure canonico, ne cõcurrãt duo ſpecialia, uidelicet q̃ pacto nudo agat, & q̃ fingatur cauſa. In cõtrariũ facit: quia in ſtipulatione præſumptio donationis eſt efficax, l. Cãpanus. ff. de ope. lib. Ergo idẽ de iure Canonico. Neq; dicũt hic eſſe duo ſpecialia: quia ius canonicũ non curat de ueſtimento pacti, ſed ſufficit, ſm Bal. hic, q̃ eſt ueſtimẽtũ robore canonicæ ſanctionis. Vnde dicit iſtud ueſtimentũ eſſe addẽdũ ad ueſtimẽta pactorũ. ¶ Demũ uide Arc. in d. c. quicũque ſuffragio. ubi dicit, q̃ apud Cathelanos nõ datur actio ex promiſſo: tamẽ Cathelanus, q. detinet uiatorẽ uarijs promiſſionib. & inutilib. inuitationib. debet teneri ſaltẽ de dolo. Allegat Vincen. in ꝓœ. Decr. quẽ refert etiã ibi Io. An. in uer. fratrẽ Raymũdũ, & Ab. in d. c. cũ inter uniuerſas. ¶ Scias etiã nõ ualere ſtatutum epiſcopi, q̃ ex pacto nudo agi non poſſit, ſecundum Abb. in c. dilecti. de iudic. ¶ Et ex his habes iſtum paſſum melius ordinatum, quàm alibi. Et iſta ſufficiant pro hoc anno M. cccclxxxij.

FINIS PRIMAE PARTIS.

[a] Actionẽ] Quãtũ actiões pariat, uide Spe. in tit. de act. ſeu petit. §. ſequitur uidere. uer. ſed & ubi.

[a] Poſt implementum] Adde tu, q. etiã iuramentũ introductoriũ obligationis præſtitum ſine cauſa, non inducit obligationẽ: et ſic nõ oritur actio ex eo: uerbi gratia, iuro, q. ego dabo tibi centũ, nulla præcedẽte cauſa: tunc iuramentũ nõ eſt modus inducendæ obligationis. Ita Bar. i l. ſi ſtipulatio, q. ſi ex cõuẽtione. in prin. ff. de uerb. Adde Bal. in l. j. C. de ope. lib. & in l. cũ antea. C. de arb. Cano. i c. nouit, de iud. & in c. cũ uenisſent. de teſti. in inic. Io. de Imol. in c. cũ contingat. de iureiur. & magis cõmunis opi. eſt cũ Bar. in d. l. iuſiurãdũ. q. non inducat obligationem.

SERIES CHARTARVM.

* a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z. A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z. Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn: Omnes ſunt terniones, præter Mm duernionem.

Commentariorum

FELINI SANDEI FERRARIENSIS.

IN DECRETALIVM LIBROS V.
PARS SECVNDA:

DOCTISSIMORVM VIRORVM ADNOTAtionibus, rerumq́ ſummis illuſtrata, atq; innumeris locis, collatione ad uetuſtiſſimorum codicum fidem facta, integritati ſuæ fideliter reſtituta.

BASILEAE, EX OFFICINA FROBENIANA,
M. D. LXVII.

COMMENTARIA

FELINI SANDEI FERRARIENSIS,

IVRIS INTERPRETIS EMINENTISSIMI, SAcriſq; Palatij Apoſtolici cauſarum auditoris meritiſsimi, in DECRETALIVM Gregorij IX. librum II,

DOCTISSIMORVM VIRORVM ADNOTATIONIbus ac rerum ſummis fideliter illuſtrata, & genuinæ lectioni reſtituta.

De iudicijs, Tit. I.

SVMMARIVM.

1 ¶ *Iudicium dicitur criminale, quando pœna applicatur fiſco.*

2 *Iudicium an ſit criminale, ſi ſit ſtatutum epiſcopi priuãs aliquem beneficio, ſi fecerit tale quid.*

3 *Iudiciorum quot ſint ſpecies.*

1 a VBI * Pœna † applicatur fiſco, iudicium eſt criminale: ubi uerò non, tunc eſt ciuile. Glo. eſt in l. iij. in prin. ff. de ſepul. uio. & in l. j. in gl. ſi. C. eo. & ibi illam põderat Salic. ad hoc: & eſt gloſ. in l. aut damnum. in prin. ff. de pœnis. & in §. in ſumma. Inſti. de iniurijs. & hoc tenet Bart. in l. j. ff. de priua. deli. & in l. uñ ſolitum. §. ſi. ff. de procur. & Bald. in l. uſſigere. C. de tranſact. ¶ Verùm 2 autem, ſi † ſit ſtatutum epiſcopi priuans quẽ beneficio, ſi fecerit tale qd, an tale iudicium ſit criminale? Dom. Anton. in c. ſuper his. de accu. dicit, q ſic: & ibi dom. Abb. dicit, hoc ſibi non diſplicere: quia ex quo illa pœna eſt propria delicti, dicitur iudiciũ criminale. Sed Ioan. de Imol. ibi contrà tenet, & idem tenet ibi Ioã. de Ana. Sed opin. do. Ant. & Abb. eſt uera: qa non eſt poſsibile dicere, q iſtud ſit iudicium ciuile, ex quo pœna non applicatur parti: & licet iudiciũ dicatur criminale, ubi pœna applicatur fiſco, tamen ex quo iſto caſu delictum non habet aliam pœnam, meritò iudicium dicetur criminale maximè, quia punit ea pœna, qua ipſum punit ſtatutum. ¶ Verùm autem in dubio pœna debeat applicari fiſco, uel parti, ponit Pet. de Anch. in cle. Paſtoralis. in xx. nota. de re iu. Et ubi imponitur pœna ademptionis omnium bonorum, tunc in dubio applicatur fiſco: c. cùm ſecundum. de hæret. in vj. c. fœlicis. de pœnis. eod. lib. vj. Et ubi imponitur pœna per uerba multiplicatiua, tunc applicatur parti. Tex. eſt in c. ſuper contumacia. & in c. quiſquis inuentus. in fi. xvij. q. iiij. & in c. cùm deuotiſsimã. xij. q. ij. Vbi autem imponitur pœna contemplatione partis, eſtſi nõ dicant uerba, q applicetur parti, tamen applicabitur damnum paſſo. Tex. eſt cum glo. in can. quibuſdam. de pœnis. & in c. ſi Canonici. de offi. or. in vj. & eſt etiam tex. cum glo. in c. quia clerici. de iure pa. & hæc allegat Lud. in l. ij. §. item ſi in facto. ff. de uerb. obl. Et quando pœna applicet̃ fiſco, uide Salic. in l. mulctarũ. C. de modo mulctar. & Ananiam in c. ij. de maledicis. Et per hoc ſuccinctè remanet expedita hæc 3 Rubrica. ¶ De iudicijs adde, q † iudiciorũ multæ ſunt ſpecies, quas proſequit̃ Spec. in tit. de iudi. §. j. & ij. Et ideo rubrica eſt poſita in plurali. Ad quã materiã uide do. Iaſ. May. in rubrica C. eo. tit. qui ponit ſeptem principales ſpecies: quatũ Prima eſt, quia quoddam eſt iudicium uniuerſale, quando agitur petitione hæreditatis, uel actione de pec. uel actione de dote: quoddã eſt iudicium generale, quando agitur actione generali tutelæ, l. j. C. de iudi. uel, quãdo agitur ac. neg. geſt. quoddam eſt iudicium particulare, quãdo agitur ad unam rem. Et de iſtis eſt gl. magiſtra. in l. j. in prin. in glo. ma. ff. de eden. de qua etiam per do. Iaſ. May. in l. edita. C. de eden. Secunda, quia quædam ſunt iudicia ſimplicia, & quædã ſunt iudicia duplicia. Et dicuntur iudicia duplicia, quãdo unus ſuſtinet perſonam actoris & rei: ut in tribus iudicijs, fami. her. cõmuni diui. & finium regũd. l. in tribus. ff. de iudi. Tertia, quia quoddã eſt iudicium ordinarium, quoddam extraordinariũ: ut declarat gl. in c. quoniã cõtra. in uerbo, extraord. iud. ſ. de proba. & gl. in c. dilectus. ſ. de ſentent. exco. & in l. ſi iuſſa. ff. ſi cer. pet. Quarta, quia quoddam eſt iudiciũ plenarium, quoddam ſummarium: cle. diſpendioſam. de iudi. Quinta, quia quoddam eſt iudicium incidens, quoddam emergens: ut declarat gl. in l. quod iuſsit. ff. de re iudi. & gl. in l. j. ſ. de ordi. iudi. Sexta, qa quoddã eſt iudicium merè tẽporale, quãdo litigatur de re profana: quoddã merè ſpirituale, putà de iure eccleſiaſtico: quoddam eſt temporale annexum ſpirituali, ut eſt ius patronatus in aliqua eccleſia, c. quãto. ſ. eo. Et quale ſit, declarat gl. magiſtra. in c. piæ mentis. xvj. q. vij. Septima & ultima, quia quoddam eſt iudicium merè ciuile, quoddam merè criminale: & quoddam mixtum, quod quando ſit, gl. uariant, quas recitat Bar. in l. iij. in prin. ff. de ſepul. uio. Tamẽ prout dicit do. Iaſ. in d. rub. uera concluſio & communis eſt, q quando agitur pro pœna applicanda parti, etiamſi ageretur pro delicto, dicitur cauſa ciuilis: quando uerò agitur ad pœnã applicandam fiſco, quia dicitur agi ad uindictam publicam, l. licitatio. §. qui illicitè. ff. de publicanis. dicit̃ eſſe criminalis. Ita dicit̃ tenere gl. in l. prætori. in prin. ff. de ſepul. uio. quæ gl. dicitur eſſe ad hoc ſingularis, ſecundum Imol. in rub. ff. de pub. iudi. ſed eſt ſimilis gl. in l. ſ. in glo. ſi. & ibi per Salic. no. C. de ſepul. uio. & gl. in l. aut damnũ. in prin. ff. de pœnis. firmat Bart. in d. l. iij. Cy. & Bal. in l. ſi quis per calumniã. reprobare gl. ibi, C. de epiſco. & cle. & communiter Cano. hîc. Si uerò in parte pœna applicatur fiſco, & in alia parte ipſi parti, dicit̃ cauſa mixta. Tex. eſt ſingularis in c. tuæ. ubi do. Ant. & alij, de procu. Et ad obiecta contra communẽ doctrinam prædictã per d. Abb. & Pan. hîc, in ult. col. reſponde, prout per do. Iaſo. in d. rub. quæ uide. Et qualiter, & quot modis formatur, inde ibi per eum plenè, & nota.

a VBI.] *Adde, q regulariter pœna in qua uenit cõdẽnandus reus cũ uictus ciuiliter, eſt in totum applicãda parti: & hoc idem eſt in actione populari, ut p Scribẽtes in l. iij. ff. de ſepulc. uiol. Adde do. Alex. in l. vñ. q. §. in popularib. ff. de iureiu.*

SVMMARIVM.

1 ¶ *Citatio debet fieri ad inſtantiam partis.*

2 *An præſumatur in dubio facta ad inſtantiam partis.*

3 *Citatio quibus caſibus uideri non facta ad inſtantiam partis.*

Iudex poſt cõcluſionem in cauſa, an poſsit interrogare ad finem ſui dandaorum inuentionem partis.

idem dicit de confeſſione facta calore iracundiæ, & allegat gloſſ. uulga. in cap. ex literis. in uerſ. admonita. l. fra. de diuort. circa quam uide etiam do. Abb. ibi, & hic. & in c. ſin. ſuprà, de confe. & in c. afferte. ſuprà, de præſump. & in c. at ſi clerici. in prin. ſuprà, de iudi. & do. Anto. & Imo. in c. olim, ſ. de rep. & do. Abb. in c. cùm uenerabilis. propter gloſſ. ſi. ibi, ſ. de excep. & do. Abb. in c. cùm olim. el ij. de priuil. & do. Ant. in c. atteſtationes. infra, de deſpon. impu. & de materia per Abb. in c. ſ. in ſi. no j. de his, qui filios occi. ubi dicit, quòd iracundia nõ excuſat à peccato, niſi inducat alienationem mentis. Item uide do. Ab. poſt alios in c. de multa. de præbend. ubi ponit, an acceptatio ſecundi beneficij curati facta per iracundiam, facit primum curatum uacare: de quo etiam per Card. in cle. ſ. in j. opp. de offi. iud. ubi tenet, quòd non: ex quo habet fieri cauſa cognita & conſentiente ſuperiore: & ſic uult, quòd actus non momentaneus non dicatur excuſare ab iracundia: quod not. & bene facit gloſſ. in c. ſi quis iratus. iij. q. iij. dicens, quòd reiteratio inducit ſignum deliberationis, nec poteſt allegari iracundia: & ſequitur Bald. ni fallor, in l. ſ. C. de erro. ca. cu. & de materia uide omnino Domi. in d. c. ſi quis iratus. ubi ad intellectum l. ſi non conuitij. C. de iniurijs. diſtinguit, quòd aut quæritur, an iniuria dicta per iracundiam puniatur, quantum ad ſimplicem iniuriam: & punitur, quia iniuriari dicitur, d. l. ſi non conuitij. & optimè probatur in d. c. ſi quis. ubi text. uult, quòd licet ſit extra, ſit conuitium. Si autem quæritur, an puniatur, non tanquam pro iniuria, ſed tanquam pro delicto, uel calumnia: & tunc non punitur, quantum ad hunc finem, per illum tex. ſecundum ipſum: & uide etiam Spec. in tit. de accuſa. ſ. j. uerſ. quid ſi uocauiſte. ubi dicit, quòd ſi dixi tibi iniuriam prouocatus à te dicto, uel facto, ſum excuſatus, nec ſum tibi ex hoc condemnandus: argu. l. j. ſ. cùm arietes. ff. ſi quadru. paup. feciſſe dic. & ſequitur Arch. in c. neganda. el ij. in ſi. iij. q. xj. ſed do. Abb. in c. dilecti. in ſi. ſ. de except. & plenius in c. j. in j. col. ſ. de iniur. non credit hoc ex toto uerum, quòd d. l. ſi non conuitij. omnino tollat pœnam iniuriæ. & facit l. ſi ex plagijs. ſ. tabernarius. ad l. Aquil. Credit tamẽ, quòd iſta ſit iuſta cauſa minuendi pœnam: quia iuſto calore excitatus intuli tibi iniuriam, per l. ſi adulteriũ. ſ. imperatores. ibi, difficillimũ eſt, &c. ff. de adul. Et pro hoc optimè adduco text. in c. ſignificauit. infrà, de pœ. & remiſ. & quod ibi not. Io. An. & Doct. in c. ſignificaſti. el ij. infrà, de homi. cum concor. quas alias ibi dedi: ubi, licet defenſio ſine moderamine inculpatæ tutelæ nõ excuſet à delicto, tamen eſt iuſta cauſa minuendi pœnam ratione præcedentis prouocationis. Itẽ quòd calor iracundiæ ſit iuſta cauſa minuendi pœnam, probatur ex l. j. C. ſi quis impe. maled. & in l. famoſi. ibi, lubricum linguæ, &c. ff. ad leg. Iul. maieſt. & in c. ſi quis iraſcitur. xxij. q. ij. & in c. inebriauerunt. xv. q. j. & in c. cùm apud Theſſalonicam. xj. q. iij. Et an ualeat excommunicatio lata per iracundiam? Videtur tex. quòd ſic, in c. epiſcopus ſi forte. xj. q. iij.

FINIS.

SERIES CHARTARVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Ss Tt Vu Xx Yy Zz AA BB CC: Omnes terniones, præter CC quaternionem.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA